

Thomae de Aquino

Oratio ante studium

*Quam frequenter dicebat
antequam dictaret, scriberet, aut praedicaret.*

Creator ineffabilis,
qui de thesauris sapientiae tuae tres Angelorum hierarchias
designasti,
et eas super caelum empyreum miro ordine collocasti,
atque universi partes elegantissime disposuisti,

tu, inquam, qui verus fons luminis et sapientiae diceris,
atque supereminens principium:

infundere digneris super intellectus mei tenebras tuae radium
claritatis,
duplices, in quibus natus sum,
a me removens tenebras, peccatum, scilicet, et ignorantiam.

Tu, qui linguas infantium facis disertas,
linguam meam erudias,
atque in labiis meis gratiam tuae benedictionis infundas.

Da mihi intelligendi acumen,
retinendi capacitatem,
addiscendi modum et facilitatem,
interpretandi subtilitatem,
loquendi gratiam copiosam;

ingressum instruas,
progressum dirigas,
egressum compleas.

Tu qui es verus Deus et homo.
Qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum. Amen.

*(Lateinischer Text: Piaae Preces, in: Thomae de Aquino,
Opuscula theologica, vol. 2, ed. R.A. Verardo/R. Spiazzi,
Rom – Turin 1954, 283-289)*

Thomas von Aquin

Gebet vor dem Studium

*Thomas sprach es häufig,
bevor er diktierte, schrieb oder predigte.*

O Schöpfer, durch kein Wort zu fassen!
Aus der Fülle deiner Weisheit hast du die drei Ordnungen der
Engel gegründet
und ihnen nach wunderbarem Plan über den Lichthimmel hin
ihren Platz gewiesen;
und in herrlicher Schönheit hast du die Glieder des Alls geordnet.

Du heißest der wahre Quell von Licht und Weisheit
und ihr letzter Urgrund:

gieße aus über die Finsternis meines Geistes einen Strahl deiner
Klarheit
und nimm von mir Sünde und Unwissenheit,
das zweifache Dunkel, in dem ich geboren.

Du machst beredt die Zunge der Unmündigen:
nimm meine Zunge in deine Zucht
und laß die Anmut deines Segens auf meine Lippen strömen.

Gewähre mir Scharfblick wahrzunehmen;
Kraft, zu fassen und zu behalten;
Fähigkeit und Geschick, hinzuzulernen;
Genauigkeit des Urteilens
und die volle Gnade der Sprache.

Füge du den Beginn,
gib dem Fortschreiten die Richte
und Vollendung dem Ausgang:

Du, in Wahrheit Gott und Mensch!
Du lebst und herrschest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

(Deutsche Übersetzung: Josef Pieper)